



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Hæretici inter se dißident.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

fessores, aderant. Sed Hæretici per vim, ac potestem tyrannice omnia administrabant.

*Colloquium
inchoatur.*

Pridie Idus Septembbris conuentum primum est, deq; forma incundi Colloquij cœptum est, sceptari. Nisi enim certū quid statuatur, in quo pars vtraq; consentiat, sitq; instar normæ, ac regulae, ad quam res controuersæ reuocentur, incusum collocutionem de partibus conciliandis institui. Id Euangelici, hoc est hostes Euangeli, non negabant, sed contendebant ex verbo Dei dunt taxat puro, ac puto vt aiunt, agendum. Catholicos vero hæc postulabant, primum vt integer diuinæ scripturæ canon reciperetur, sicut ante mille annos ab Ecclesia receptus, & approbatus est. Deinde, vbi de vero sacræ scripturæ, verbiq; Dei sensu controuersia esset, ea ex Patrum, & veteris Ecclesiæ consensu diiudicaretur. Postremò, quoniam Colloquium non nisi duas inter partes futurum erat, Catholicos inter, ac Protestantes, Sectas alias à Confessione Augustana secernerent, damnaret que. Hic vero apparuit, vt ait Canisius, Gigantes illos extruere Babylonem. Immisit in eos Deus spiritum confusionis, vt inter se digladiarentur, & Philippus Melanchthon, consentanea iis po-

*Heretici in-
ter se dissi-
dentes.*



na, qui immanes bestias educant, ab suis alumnis
mirè discerperetur. Quidam igitur dum rationi,
& confessioni Augustanæ congruenter, Sacra-
mentariorum, Anabaptistarum, atq; alias Sectas
damnare se aiunt paratos, alij negant hos potius,
quam illos segregandos, eò ventum est ut certa-
rent, esset ne Philippus cum V Vittembergensi-
bus, an Schneppius cum Ienensibus Theologis
re, ac nomine sectator Augustanæ confessionis:
ac deniq; quinque, qui minus delirabant, collo-
cutorum è numero à Collegiis eiicerentur. Illi ve-
ro contumeliae impatientes expostulatorium li-
bellum ritè consignatum, quo collegarum frau-
des aperiebant, apud Pr̄esidem Pflugium relique-
runt. Adeo vero infra iustum, ac legitimū im-
minuto Hæreticorum numero, cum tantum se-
ptem è duodecim residui essent, abruptum ne-
gotium est: quanta cum gloria Catholicorum,
quos inter, vt vna est veritas, ita mens vna, & vna
vox fuit, tanta cum Hæreticorum infamia; qui,
nisi plane cæci essent, cum Dei scientia pacifica-
sit, suam Dei non esse viderent.

Multas inde commoditates sperabat Cani-
sius, primum cognita vulgo inter ipsos nouorū
R. 3 dogma-

*Vitio eorum
Colloquium
abruptum*